





1
7
349










A

XX

GRAIND

B.



JACOBI DE GRAINDORGE,

PRIORIS DE CULEY,

ET IN ABBATIA DE FONTENAY, PROPE CADOMUM,

RELIGIOSI,

COMPENDIUM PHYSICÆ ASTRONOMICÆ:

SEU

INTRODUCTIO IN PHYSICAM ASTRONOMICAM.





CADOMI,
Apud JOANNEM CAVELIER, Regis & Academiæ Typographum.

M. DC. LXXII.



JACOBI DE GRAINDORGE, PRIORIS DE CULEY, ET IN ABBATIA DE FONTENAY, PROPE CADOMUM, RELIGIOSI;

COMPENDIUM PHYSICÆ ASTRONOMICÆ: SEU INTRODUCTIO IN PHYSICAM ASTRONOMICAM.

TRACTATUS.

De veris Astrologiæ principijs, quotidianâ experientiâ comprobatis.

Scientiæ arte & experientiâ generantur. *Aristot. in Proœm. Metaph.*



QVONIAM præcipuus totius studij Astronomici scopus semper fuit inquirere media, quibus perveniri posset ad acquisitionem Astrologiæ, scientiarum physicarum reginæ;

nec unquam obſervationibus tot ſiderum, diverſis motibus implicatorum, incubuiſſent & deſudaſſent Aſtronomi veteres & neoterici, niſi ut his auxilijs poſſent pervenire feliciter ad tam utilis, & tam ſublimis ſcientiæ notitiam; difficile enim eſſet dicere, ad quos alios uſus, tantus labor, circa minores præſertim Planetas, nempe Saturnum, Jovem, Martem, Venerem & Mercurium, ab ipſis doctiſſimis viris fuerit impenſus.

Ideò ſequitur, non eſſe vulgare, nec parvi momenti opus, illius tam præclaræ ſcientiæ tractatio, veris & indubijs principijs firmiter ſtabilita; non enim poteſt non eſſe hominibus omnium ſcientiarum naturalium utiliſſima, & ſummè cognitu neceſſaria. Præter enim ipſius maximas & innumeras tam in re nauticâ, quàm in agriculturâ, pluribuſque alijs artibus commoditates; tantum profectò perfectionis & luminis, Medicinæ, omnium artium nobiliſſimæ, communicat & profert, ut qui ſine ipſius Aſtrologiæ notitiâ ipſam Medicinæ artem exercere prætendunt, ſine clavo & remis navigare judicantur. Cuncta enim inferiora corpora, & conſequenter humana, Aſtrorum influentijs, tanquam primarijs, tempore & naturâ, omnium mutationum in quolibet corpore cauſis ſubduntur, unde potiſſima morborum pars emanat.

Ob ignota autem hactenus vera Aſtrologiæ

principia, & ob ignotum verum Aſtrorum agendi ordinem, unuſquiſque Aſtrologus pro ſuo arbitrio rationes & cauſas de quovis effectu commentatus eſt, & quilibet ſuorum Anteceſſorum aphoriſmos, Aſtrorum effectibus nec convenenire, nec correſpondere cernens, novas adhuc magis ridiculas ipſorum effectuum cauſas dare & addere conatus eſt; ita ut Aſtrologi Arabes eo dementiæ & confuſionis devenerint, ut fingere non dubitarint, ſingulis horæ momentis deſcendere viginti quatuor millia Roboath Cæli & influentias. Videatur etiam Aſtrologia Gallica Ioannis Baptiſtæ Morini, Pariſijs Regij Mathematum Profeſſoris, recenter impreſſa, & in lucem edita.

Unde accidit, quòd Aſtrologia hactenùs uſurpata, tot & tantis figmentis fuerit referta, ut optimo jure fuerit à ſcholis & bonis artibus penitùs exploſa, & à cunctis ferè hominibus ſummo ludibrio habita.

Hîc autem præclara hæc ſcientia tot & tantis figmentis expurgata, ſuiſque firmiſſimis principijs innixa, mortalibus exponitur, aliàs in alio opere, quod meditamur, fuſiùs explicanda.

Sed priùs in gratiarum actionem dicendum eſt, Nobiliſſimum Dominum GUIDONEM CHAMILLART, Equitem, Comitem Conſiſtorianum, Libellorum Supplicum in Regiâ Magiſtrum, Juridicæ Rei, Po-

liticæ & Ærariæ in Normaniâ inferiore Præfectum, Virum ſcientiarum omnium cultorem eximium, omnique virtutum genere ornatiſſimum, motu proprio hunc laborem noſtrum annis 1668, & 1669, diu apud Illuſtriſſimum & Nobiliſſimum Dominum COLBERT, Regni Galliæ Adminiſtrum, ſolicitè commendaſſe; & idcircò hujuſce laboris expoſitionem plurimùm promoviſſe; quod hîc recenſere debui, ne periret memoria tanti beneficij, à ſupradicto Domino CHAMILLART mihi & rei literariæ generosè collati.

Nunc noſtram de Aſtrologiâ ſententiam aperire pergamus.

Aſtrologia eſt ſcientia, quæ ſiderum vires & proprietates diligenter inquirit, ipſorumque ſiderum ordinem, quem in ſuis effectibus producendis obſervant, rimatur & docet.

In primis igitur ſedulò notandum, quòd vera Aſtrologia nihil aliud efficax agnoſcit, præter ſola ſidera, ſoloſque mutuos ipſorum ſiderum aſpectus.

Aſpectus autem Aſtrorum mutui conſiderantur propriè in angulis, ab ipſorum Aſtrorum radijs in terræ gravitatis, ſeu Univerſi centro formatis, ad ſtimulandam naturam ſublunarem aptis.

Unde in aſpectuum inveſtigatione & contemplatione attendendum erit ſedulò, non ſolùm ad

ipſorum Aſtrorum Longitudinem, ſed etiam ad eorumdem ab Eclipticâ Latitudinem, ut ope Longitudinis & Latitudinis poſſit certò determinari eorumdem Aſtrorum ad invicem vera & adæquata aſpectus diſtantia.

Aſtrologi potiſſimam aſpectuum partem hactenùs ignorarunt; & fuerunt inter ipſos Aſtrologos, qui quoſdam etiam aſpectus nullius tamen efficacitatis & potentiæ perperàm introduxerunt.

Experientia quotidiana docet, aſpectus Aſtrorum mutuos eſſe à conjunctione excluſivè, ad oppoſitionem incluſivè numero triginta, & ſimiliter totidem ab eadem oppoſitione incluſivè ad conjunctionem excluſivè: ita ut Luna ſingulis menſibus quinquaginta fere novem aſpectus, præter conjunctionem ad quemlibet alium Planetam, habere poſſit; & ſic de cæteris Planetis eſt intelligendum pro ſuarum revolutionum tarditate aut velocitate; Sol enim ſingulis annis quinquaginta etiam ferè novem aſpectus ad ponderoſum Saturnum habet.

Gradus eſt trecenteſima & ſexageſima pars de circulo.

Sequitur series & aspectuum ordo in gradibus.

0. 6. 12. 18 24. 30. 36.
42. 48. 54. 60. 66. 72.
78. 84. 90. 96. 102. 108.
114. 120. 126. 132. 138.
144. 150. 156. 162. 168.
174. 180.

QUILIBET ex istis aspectibus non est semper capax effectus sensibiles in hoc sublunari Mundo producendi, ut in vulgari Astrologiâ hactenùs usurpatâ perperàm creditum est, asserente, quoslibet Planetarum ad invicem aspectus esse semper efficaces.

Nam considerandum est, esse terræ duo centra, non longè ab invicem distantia; quorum alterum dicitur magnitudinis seu quantitatis terræ centrum, alterum verò gravitatis, quod est Universi centrum; ad quod virtus & efficacia primi Cæli rectis radijs confluit, in eoque focum componit.

Ista duo terræ centra sic ab invicem divisa jacent in Æquatoris plano, seu quo idem est, Æquatoris planum transit per ista duo terræ centra.

Quoties autem cujuslibet sideris centrum reperitur in axis Mundi plano, super quod planum linea recta ex Universi centro perpendiculariter erigi ad quantitatis terræ centrum mente judicatur: toties ipsum sidus idoneum redditur ad effectus producendos, propter emissionem foci su-

pradicti, sic rectà & directè ad quantitatis terræ centrum tendentem.

Et quò tunc, seu in tali positu, sidus distat æquabiliùs utrinque à Polis Universi, eò sidus etiam validiùs operari potest; ita ut quoties perfectè & adæquatè utrinque æqualiter distat ab Universi Polis, & sic est in Æquatore: tunc omnium validissima fieri potest ipsius sideris operatio, eò quòd radius ex foco, seu corporis centro, ipsius sideris, ad Universi focum seu centrum emissus sic ferit angulo recto Mundi seu Universi axem.

Cuncta autem sidera in singulis revolutionibus diurnis reperiuntur bis in illo axis Mundi plano: super quod planum linea recta, ambo terræ centra connectens, ex Universi centro perpendiculariter erigi ad quantitatis terræ centrum mente, ut dictum est, judicatur.

Advertendum, quòd illud axis Mundi planum, super quod linea recta ambo terræ centra connectens, ex Universi centro perpendiculariter erigi ad quantitatis terræ centrum mente judicatur, dicetur & vocabitur imposterùm Meridianus primarius seu fixus.

Per aspectus autem Lunæ efficaces ex Solis Ephemeridibus depromptos semper observavi, Meridianum primarium seu fixum non minùs distare à Meridiano Uraniburgico, seu Tabularum Rudol-

phinarum Meridiano, quàm triginta quinque Æquatoris gradibus; nec plus etiam, quàm quadraginta quinque ipſius Æquatoris gradibus versùs occaſum, ut experiunti patebit.

Nec eſt objiciendum, dari circa idem tempus plures aſpectus, & idcircò difficile fuiſſe diſcernere Planetarum aſpectum, qui effectum obſervatum produxit.

Nam ex venti azymutho, & qualitate effectus, & præſertim ex aſpectus horâ non fuit difficile diſcernere aſpectum, qui effectum obſervatum produxit, & ſimul ſiderum ad invicem aſpectum habentium poſitionem in Mundo ad aſpectus momentum.

Datis autem pluribus aſpectibus Lunæ efficacibus, obſervatum eſt, quòd in uno quoque aſpectu unus ex ſideribus ipſum aſpectum componentibus diſtabat ſemper à Meridiano Uraniburgico versùs occaſum: nec minùs quàm triginta quinque Æquatoris gradibus, nec plus quàm quadraginta quinque ipſius Æquatoris gradibus; quæ diſtantiarum diverſitas cauſatur ab errore Tabularum nondum ſufficienter reſtitutarum.

Inferiùs in Tractatu de Longitudinibus terreſtribus dabitur praxis detegendi accuratam Longitudinis differentiam, Meridiani primarij ſeu fixi, à Meridiano Tabularum.

Experientia

Experientia autem quotidiana docet, quòd nulla ſenſibilia Meteora, ſive nullæ ſenſibiles aëris impreſſiones & mutationes, ut ſunt frigus, calor, pluvia, ſudum, nubes, mutatio venti, &c. de novo accidere & obſervari poſſunt, niſi interveniat de novo duorum ſaltem ex ſeptem Planetis aſpectus ad invicem; ex quibus duobus Planetis, invicem in aſpectu poſitis, unus ſaltem ad aſpectus momentum occupare debet Meridianum primarium ſeu fixum.

Ex duobus Planetis ſic invicem in aſpectu poſitis, ille, qui occupat Meridianum primarium ſeu fixum, regit ſuperiorem ſeu mediam, ut vocant, aëris regionem.

Ille verò ex duobus ipſis Planetis, qui reperitur extra Meridianum primarium ſeu fixum, ad aſpectus momentum, regit inferiorem aëris regionem.

Sol ſolus determinat ventum: ita ut in quovis fere horiſonte ventus ſemper ſpiret circiter ex ipſius horiſontis Azymutho, quod Sol occupat ad momentum aſpectus in Meridiano primario ſeu fixo conſummati.

Ut autem ventus de novo mutatus cenſeatur fidus, & fuiſſe certò ab aliquo nouo Planetarum ad invicem aſpectu cauſatus, debet ſaltem viginti quatur horis in eodem horiſonte ſpirare & perſe-

verare ex eodem circiter Rhumbo, ſeu horiſontis Azymutho.

Advertendum, quòd ut venti Azymuth ſeu fidus Rhumbus certò diſcerni & obtineri poſſit, debent Canothetæ ſeu ventorum indices eſſe ad omnem venti agitationem flexibiles, & ab omni venti reflexione immunes.

Experientia docet, quòd efficax quorumlibet Planetarum ad invicem aſpectus fixat qualitates & diſpoſitiones tam à Sole, quàm ab ipſis Planetis in aſpectu mutuo conſtitutis, in terrâ cæteriſque elementis impreſſas, ad ipſius aſpectus momentum.

Ita ut iſtæ qualitates & diſpoſitiones ſic impreſſæ & fixatæ æquè validè quoad rationem & naturam aſpectus operentur, abſente Sole, abſentibuſque ipſis Planetis, in aſpectu mutuo conſtitutis, ac ſi Sol ipſe fixus, ipſique dicti Planetæ fixi manſiſſent in ipſo Mundi loco, quem quiſque obtinebat ad conſummationis aſpectus momentum; & iſta qualitatum & diſpoſitionum impreſſarum fixatio tandiu in ſuo eſſe perſeverat, quoad uſque interveniat alius de novo aſpectus, talem fixationem immutans & deſtruens, ac de novo aliam aliarum qualitatum & diſpoſitionum à ſe impreſſarum fixationem introducens.

Dictum eſt ſuprà, quòd in quovis fere horiſonte

ventus ſemper ſpirat circiter ex ipſius horiſontis Azymutho, quod Sol occupat ad momentum aſpectus, in Meridiano primario ſeu fixo conſummati.

Dictum eſt, inquam, in quovis fere horiſonte.

Nam ſub Zonâ torridâ, in alto præſertim pelago, ventus perpetuò ſpirat ex orientali horiſontis plagâ.

In quibuſdam verò alijs locis ventus ſpirat per ſex menſes continuos ex unâ eademque horiſontis plagâ, & per ſex alios menſes continuos ex contrariâ ipſius horiſontis plagâ.

Sol tamen eſt etiam harum diverſitatum principalis cauſa, ut ex lectione ſequentium tractatuum facilè concipere eſt.

Idem Planetarum aſpectus diverſos effectus in Zonis frigidis operari poteſt ab ijs, quos excitat & producit in Zonâ torridâ.

Sub Zonâ torridâ circa Æquinoctia multò frequentiùs tonat & pluit, quàm in cæteris Zonis: & id magis vel minùs, pro Zonarum temperaturâ.

In horiſontibus non longè ab invicem diſſitis idem aſpectus diverſa operatur: in quibuſdam pluviam, in quibuſdam ſerenitatem, in alijs tonitrum; & id pro variâ Solis ad iſtos horiſontes poſitione, & ſimul pro naturâ & qualitate terrarum.

Quando Sol in momento aſpectus, in Meridiano primario ſeu fixo conſummati, occupabit urbis Romæ Meridianum, tunc eodem ipſius aſpectus momento Sol obſervabitur Conſtantinopoli, in plagâ horiſontis occidentali; & Madrito, in plagâ horiſontis orientali.

Igitur obſervabitur, eodem momento in diverſis horiſontibus auram à diſſimilibus Azymuthis ſpirare, in uno horiſonte à Meridie, in alio ab orientali plagâ, in alio ab occidentali; & ſic in iſtis horiſontibus ex eodem aſpectu obſervabitur diverſa aëris conſtitutio.

Toleto & Neapoli, anni 1559. hyems gelidiſſima nobis tepidior circa initia fuerit; Stadius cap. 4. Tabularum Banbergenſium, pag. 194. & Maginus in ſuâ Geographiâ, pag. 12.

Ambo dicti Authores talem effectum attribuunt fixis quibuſdam ſuper iſtas regiones verticalibus, ſed perperàm: quoniam fixæ ipſæ erunt etiam verticales per totum paralleli ambitum.

Nam talis aëris conſtitutio potiùs accidit, eò quòd venti induunt qualitates regionum, per quas tranſeunt; & quòd tunc venti in iſtis regionibus plerumque ſpirabant ex quibuſdam montibus viciniis, nive & glacie conſperſis, & rigidis. Inde etiam deduci poteſt, quòd Toleto & Neapoli, terræ ſunt fortè altiores, quàm in locis, ubi

tunc degebat Stadius, & quòd etiam ventus ex Azymuthis magis frigidis ſpirabat.

Ningit in locis altioribus, dum eodem momento pluit in depreſſioribus.

Similis aſpectus eorumdem Planetarum, in ſimili anni tempeſtate, in eodem horiſonte, non in toto ſimiles parit effectus: nam quibuſdam alijs vicibus parit tantùm pluviam; quibuſdam alijs vicibus, cum pluviâ tonitrum: quibuſdam vicibus, aërem ventoſum: quibuſdam alijs vicibus, aërem tranquillum efficit; quarum diverſitatum cauſa peti debet à Solis poſitu in iſtis horiſontibus, ad aſpectus momentum.

Idem Planetarum aſpectus in quibuſdam horiſontibus tardiùs, in quibuſdam citiùs ſuos effectus ſenſibiles reddit.

Nam in quibuſdam horiſontibus effectus non differtur ultra viginti quatuor horas, in quibuſdam differtur ad duos uſque dies, in quibuſdam ad tres uſque dies, in quibuſdam denique uſque ad quartum diem à momento conſummationis aſpectus, apparitio ſenſibilis effectus differtur, ita ut dum ex eodem aſpectu pluit in quibuſdam horiſontibus, fit adhuc ſudum in alijs.

Patet igitur ex iſtis obſervationibus, eoſdem aſpectus in diverſis horiſontibus diverſa poſſe operari, vel propter terrarum qualitates diverſas, vel

propter diſpoſitiones à Sole productas.

In pluribus plagis & regionibus ventus orientalis eſt ſemper magis frigidus, & magis ſiccus, quàm occidentalis : quod non poteſt cauſari, niſi à regionibus vicinis frigidis, ex quibus vapores delati ad regiones magis calidas dilatantur in ipſis, & disjunguntur; unde aër purus, & magis ſerenus apparet.

Ratio autem, quæ vulgò à celeberrimis viris datur, cur venti orientales efficiunt & reddunt aërem puriorem, & magis ſerenum, quàm venti occidentales : nempe quòd ex ſuppoſitione motus aëris continuus ab ortu in occaſum, venti occidentales ſe ſe opponentes curſui vaporum, motu aëris versùs occaſum delatorum, ipſos vapores conglomerant, & inde nubes componunt; venti verò orientales obſequentes aëris motui versùs occaſum, non tam facilè vapores in ipſo aëre natantes conglomerant, & ſic raro nubes componunt.

Ratio, inquam, iſta meo judicio non bene ſtat, nec ullum locum meretur.

Nam in alto etiam pelago, ubi nullum eſt impedimentum, in pluribus horiſontibus, ut inter Açores & Canadam, venti occidentales ſicciores, & magis ſereni obſervantur, quàm orientales venti.

Posito autem toto aëre moto ab ortu in occasum, ille aëris motus multò sensibilior & rapidior esse deberet in horisontibus minùs ab Æquatore remotis, quàm in horisontibus plus ab ipso Æquatore remotis.

Idcircò in horisontibus minùs ab Æquatore remotis daretur adversùs ventum occidentalem validior aëris resistentia, vnde vapores faciliùs & frequentiùs in nubes conglomerari deberent; quod tamen experientiæ circa Açores quotidianæ totaliter adversatur.

Dantur aliquando in eodem horisonte diuturnæ similes aëris constitutiones, vel ad frigus, vel ad calorem, vel ad pluviam, vel ad serenitatem, vel ad ventos, vel ad aëris tranquillitatem: quarum aëris constitutionum ratio petitur, vel quòd durantibus talibus constitutionibus nulli de novo consumuntur aspectus in Meridiano primario seu fixo; vel si qui aspectus, durantibus talibus constitutionibus, in ipso Meridiano fixo consumantur, ij omnes sunt in qualitatibus inter se similes, vel ferè similes.

Sive autem aër sit ventosus, sive tranquillus, sive serenus, sive pluviosus, sive nivosus, sive tonitruosus, sive grandinosus, sive nubilosus, sive frigidus, sive calidus, sive temperatus, sive quodvis aliud; constat certò innumerabilibus expe-

rientijs, tales effectus non produci & excitari ab aliâ causâ, quàm ab aliquo Planetarum ad invicem aſpectu, conſummato in Meridiano primario ſeu fixo.

Qui aſpectus facilè & certò in quibuſlibet occurrentijs diſcerni & obtineri poterit tam ex qualitate effectus obſervati, quàm ex competente Planetarum, ipſum aſpectum componentium, à Meridiano fixo diſtantiâ, ad conſummationis aſpectus horam, abſque uſu & ope Azymuth venti.

Nam aër erit ſemper vel frigidus humidus, vel frigidus ſiccus, vel calidus humidus, vel calidus ſiccus, vel temperatus humidus, &c.

Azymuht venti eſt tantum adminiculum ad faciliùs aliquando detegendum aſpectum, qui effectum obſervatum produxit, ſed non eſt ad id abſolutè neceſſarium.

Immò per ſolas etiam aſpectuum horas ex Tabulis depromptas, & inter ſe comparatas detegetur & diſcernetur ſemper certò, ubique terrarum, quiſnam ex ipſis aſpectibus potuerit effectum obſervatum produxiſſe, ut rem attentè conſideranti facile concipere eſt.

Nam ſi ex Ephemeridibus, alijs-ve Tabulis, ſupputentur horæ ſingulorum aſpectuum, intra dies quatuor proximè & ultimò ante apparitionem

effectus

effectus Meteorologici ſenſibilem elapſos inciden-tium, patebit, quantùm quiſque Planeta ad ſui aſpectus horam diſtabat à Meridiano primario ſeu fixo: unde facilè & certò diſcernetur, quis ex ipſis aſpectibus, admiſſo in quolibet Planetâ Tabularum errore maximo, potuerit effectum obſervatum produxiſſe.

Exempli gratiâ: Quoniam maximus tabularum Lunarium error, qui in quavis Lunæ ætate, ſeu à Sole diſtantiâ aliquando accidere poteſt, nunquam excurrit ad horam integram in vero Lunæ loco deſignando: conſtabit igitur certò & evidenter, cunctos Lunæ ad Solem aſpectus, ad quorum momenta Sol & Luna diſtabunt à Meridiano primario ſeu fixo, ſaltem integrâ horâ, ſeu quindecim Æquatoris gradibus, nullatenùs effectum Meteorologicum obſervatum produxiſſe, nec ullius eſſe in Meteorologiâ conſiderationis.

Quoniam etiam Luna ſuo veloci motu ſupradictum maximum Lunarem errorem, & ſimul maximum minorum Planetarum errorem in unum complicatos, intra tres ad ſummum horas, abſorbere poteſt: patet, cunctos Lunæ ad ipſos Planetas aſpectus, qui ab horâ tranſitus tam Lunæ, quàm ipſorum minorum Planetarum per Meridianum Uraniburgicum, uſque ad ſex horas poſt ipſum tranſitum elapſas, ex Tabulis Rudolphinis

colligentur esse considerandos seu examinandos: ut infrà docetur. Nam dabitur ratio suspicandi, tales aspectus posse in Meridianum primarium seu fixum forsan incidere.

Cæteri verò Lunares aspectus, qui ab isto horarum spatio excludentur, seu qui extra has horas consumentur, nullius esse vsus, & in vanum abire judicabuntur, quoniam sic non poterunt ullatenùs consumi in Meridiano primario seu fixo.

Sed quia per regulam suprà datam discernendi Planetarum aspectus, qui excludentur ab effectu Meteorologico sensibili producendo, multò pauciores aspectus excludi judicarentur, quàm reverà fieret; & ideò sic etiam ad multò plures aspectus attendere cogeremur, quàm necesse esset, & plures ex ijs observare, qui tamen nullatenùs valerent occupare Meridianum primarium seu fixum, ad aspectus consummationis momentum.

Quapropter, ne Astrophilus plerumque frustrà laboret, considerabit, quo usque maximus Tabularum Lunarium error, in horâ aspectus accuratè designandâ, in singulis Lunæ ætatibus, seu à Sole distantijs aliquando excurrere possit.

Nam illi soli Lunæ ad cæteros Planetas, præcipuè ad Solem, aliumve Planetam correctum aspectus erunt considerandi, in quibus aliquis ex Planetis, ipsum aspectum componentibus: nempe vel Luna,

vel alter Planeta non plus diſtabit à Meridiano primario ſeu fixo, ad aſpectus momentum ex Ephemeridibus datum, quàm aliquando eſſe poteſt maximus Tabularum Lunarium error in horâ aſpectus accuratè determinandâ, pro datâ Lunæ ætate, ſeu à Sole diſtantiâ, ad tempus propoſitum.

Cæteri verò Lunares aſpectus, in quibus uterque Planeta ad aſpectus momentum ex Ephemeridibus datum plus diſtabit à Meridiano primario ſeu fixo, quàm eſſe poteſt aliquando maximus Tabularum Lunarium in horâ aſpectus accuratè deſignandâ, in datâ Lunæ ætate, ſeu à Sole diſtantiâ, ad tempus propoſitum: nullatenùs erunt ad effectus Meteorologicos producendos idonei, ſed in vanum conſummari & abire judicabuntur.

Idcircò cùm talibus animadverſionibus multò plures aſpectus ab effectus obſervati productione excludentur, quàm per generalem ſuprà datam regulam, quæ includit in ſe quoſcunque maximos Tabularum Lunarium errores.

Non quæritur, quantus ſit ſingulis diebus error Tabularum Lunarium à Cælo; nam illud eſſet ſupervacaneum, & Tabulæ eſſent tali cognitione reſtitutæ.

Sed quæritur tantùm, quouſque excurrere poteſt aliquando maximus ipſarum Tabularum error in quavis Lunæ ætate, ſeu à Sole diſtantiâ.

In conjunctionibus & oppoſitionibus Solis & Lunæ ad invicem maximus Tabularum Lunarium Thyconicarum error non excurrit ultrà octodecim horæ minuta.

Quamvis autem conſtet, quòd Tabulæ Lunares Thyconicæ in conjunctionibus & oppoſitionibus Solis & Lunæ ad invicem vix errorem admittant octodecim horæ minutorum, non ſequitur tamen, quòd ex ipſius maximi erroris cognitione, ipſæ Lunares Tabulæ circa conjunctiones & oppoſitiones luminarium ad invicem ſint reſtitutæ, & ſic de cæteris, in ſingulis Lunæ à Sole diſtantijs, maximis erroribus aliquando occurrentibus, eſt intelligendum; quod hic monuiſſe ſufficiat.

Advertendum, quòd non eſt abſolutè neceſſarium cognoſcere, quantus ſit exactè & adæquatè maximus error Tabularum, qui aliquando eſſe poteſt in ſingulis Lunæ ætatibus, ſeu à Sole diſtantijs.

Sed ſufficit, pro dicto aſpectu efficaci diſcernendo, ipſum maximum Tabularum errorem, præter propter cognoſcere. Exempli gratiâ. Quòd circa Solis & Lunæ quadraturas ad invicem maximus Tabularum error excurrere poſſit ad triginta circiter horæ minuta, & circa ſextiles & trinos ipſorum luminarium ad invicem ad quadraginta cir-

citer octo horæ minuta; & sic de cæteris Lunæ ætatibus seu à Sole distantijs proportionaliter est intelligendum, prout minùs vel plus distant ab alterà duarum ex supradictis Lunæ distantijs, inter quas duas immediatè includuntur.

Dictum est suprà, distantiam Meridiani primarij seu fixi, à Meridiano Uraniburgico versùs occasum, observatam fuisse vagam, intra triginta quinque, & quadraginta quinque Æquatoris gradus.

Sed advertendum, quòd per observationes aspectuum, quæ factæ sunt circa conjunctiones & oppositiones Lunæ ad Solem, in quibus Lunæ à Sole distantijs maximus error Tabularum Lunarium ad pauca tantum minuta excurrit; differentia Longitudinis Meridiani fixi à Meridiano Uraniburgico extendebatur versùs occasum, ferè semper, usque ad quadraginta tres Æquatoris gradus.

Quare in praxi discernendi aspectum, qui effectum Meteorologicum produxit, isti distantiæ Meridiani fixi à Meridiano Uraniburgico quadraginta trium Æquatoris graduum acquiescendum esse censemus, donec detur accurata per observationes è Cælo deducta.

Exemplum praxis discernendi, an datus aspectus possit consumi fortè in Meridiano fixo. Anno 1668. die 7. Augusti, 2. hor. 1. min. Uraniburgi,

post Meridiem, juxta Clarissimi Viri JOANNIS HECKERI Ephemerides, accidit aspectus seu distantia sex graduum in eodem maximo circulo, inter Solem & Lunam.

Ad istud ipsius aspectus momentum, Luna juxta Tabulas distabat à Meridiano Uraniburgico versùs occasum, triginta duobus Æquatoris gradibus & novemdecim gradus minutis, hoc est, duabus horis, novem minutis, & sexdecim secundis.

Meridianus autem primarius seu fixus distat à Meridiano Uraniburgico, versùs etiam occasum, quadraginta circiter tribus Æquatoris gradibus, hoc est, duabus horis, & quinquaginta duobus horæ minutis.

Unde patet, Lunam, ad momentum istius aspectus, distasse ab ipso Meridiano fixo, decem Æquatoris gradibus, & quadraginta uno gradus minuto; hoc est, quadraginta duobus horæ minutis, & quadraginta quatuor secundis.

Quoniam quoties Luna habet aspectum ad quemlibet alium Planetam, præsertim ex correctioribus, & ambo sigillatim plus distant à Meridiano primario seu fixo, ad ipsius aspectus momentum, quàm est maximus Tabularum Lunarium error, qui aliquando in datâ Lunæ ad aspectus momentum ætate, seu à Sole distantiâ accidere potest; illud arguit, istum aspectum nullatenùs potuisse

incidere in Meridianum fixum, seu consumi in primario Meridiano.

Cùm igitur, ad hujus aspectus momentum, Luna tribus tantum & viginti octo minutis elongata fuerit ab oppositione Solis, & in tali Lunæ ætate maximus Tabularum Lunarium error non excurrat ad viginti duo horæ minuta.

Luna verò distiterit à Meridiano fixo, quadraginta duobus horæ minutis, & quadraginta quatuor secundis; quæ distantia sufficienter excedit maximum Tabularum Lunarium errorem, qui aliquando in tali Lunæ ætate accidere potest; illud arguit evidenter, dictum aspectum nullatenùs potuisse esse efficacem, sed in vanum abijsse.

Quando verò Luna habet aspectum ad quemvis alium Planetam, præsertim ex correctioribus, & saltem unus ex duobus ipsis Planetis, invicem aspectum componentibus, minùs distat à Meridiano primario seu fixo, quàm est maximus Tabularum Lunarium error, qui aliquando in datâ Lunæ ætate accidere potest; conjicietur, istum aspectum potuisse fortè incidere in Meridianum fixum.

Exemplum. Anno 1668. die 5. Septembris 14. hor. 31. minut. Uraniburgi, post meridiem, juxta Heckeri Ephemerides accidit aspectus seu distan-

tia octodecim graduum in eodem maximo Circulo inter Lunam & Venerem.

Ad hujus aspectus momentum Luna juxta Tabulas elongabatur à conjunctione Solis quatuor gradibus & viginti sex minutis; maximus autem Tabularum Lunarium error, qui aliquando in tali Lunæ ætate accidere potest, in horâ aspectus Lunaris accuratè designandâ excurrit ad viginti fere tria horæ minuta.

Luna verò distabat à Meridiano primario seu fixo undecim tantùm horæ minutis & quinquaginta duobus secundis; quæ distantia Lunæ à Meridiano fixo multò minor est, quàm suprà dictus maximus error Tabularum Lunarium; quare dabatur occasio sufficiens conjicendi ipsum aspectum Veneris & Lunæ ad invicem posse fortè in Merdiano primario seu fixo consumi, & ideò operari.

Quoniam sensibilis apparitio alicujus effectus Meteorologici potest differri aliquando usque ad quartum diem à momento consummationis aspectus, qui ipsum effectum produxit; idcirco si intra quatuor dies proximè & ultimò ante notationem effectus sensibilem elapsos unum tantùm detur aspectus, qui admisso Tabularum errore maximo potuerit consumi in Meridiano primario seu fixo, concludetur certò & evidenter, ipsum aspectum

aſpectum neceſſariò produxiſſe effectum obſervatum.

Si verò aliquando plures aſpectus ſive Lunæ ad cæteros Planetas, ſiue etiam cæterorum Planetarum ad invicem, deprehendantur intra iſtos quatuor dies potuiſſe conſumi fortè in Meridiano primario ſeu fixo; tamen ex qualitate effectus non erit difficile ſolerti obſervatori diſcernere, quis ex ipſis aſpectibus effectum obſervatum produxerit.

Quamvis impreſſio ab aſpectu facta non obſervetur maximè ſenſibilis circa Meteora; niſi poſt ſupradictum dierum numerum, à momento impreſſionis tranſactum; illa tamen impreſſio incœpit, ab ipſo conſummationis momento, naturam impellere, & totam Elementorum congeriem commovere; & eſt ratio, cur per aliquot dies, antequàm fiat ſenſibilis aëris mutatio, obſervantur quædam temporum præſagia;

Vel ab hominum corporis vitijs; ut articulorum dolores, fractorum oſſium labores, enteroceles, luxationes, & ſimilia infeſtantia eos abſque aliâ causâ.

Vel ab animalibus ratione expertis. Muſcæ & pulices atrociùs mordent aliquando, quia aſpectus impreſſio movet & expellit partes humidas in ipſis animalibus contentas, & ſic ideò deſic-

cata ſitim explere punctione conantur & coguntur.

Vel ab inanimatis humectantur carnes ſalitæ, ſudant lapides marmorei, ob vapores per aëra ab aſpectus impreſſione diſperſos.

Aliàs ſuprà dictum fuit, ventum ſpirare præter propter ex horiſontis Azymutho, quod Sol occupat ad momentum aſpectus in Meridiano primario ſeu fixo conſummati.

Nam obſervationes convincunt, ventum plerumque non ſpirare, præſertim ſuper terrâ ex Azymutho, quod Sol occupat ad aſpectus momentum: ſed deflectere ab ipſo Solis Azymutho ad incertam, & minimè regularem horiſontis amplitudinem; ita ut in quibuſdam effectibus plus, in quibuſdam verò effectibus minùs ab ipſo Solis Azymutho deflectere obſervetur.

Datur præter propter differentia longitudinis Meridiani primarij ſeu fixi à Meridiano Uraniburgico, ſeu Tabularum Rudolphinarum Meridiano.

Si autem detur cujuſlibet horiſontis differentia longitudinis ab ipſarum Tabularum Meridiano, tunc facilè dabitur ipſius horiſontis differentia longitudinis ab ipſo Meridiano primario ſeu fixo.

Quoniam, ut ſuprà dictum fuit, ventus in ſin-

gulis ferè regionibus ubique terrarum diſperſis ſpirat præter propter ex horiſontis Rhumbo ſeu Azymutho, quod Sol occupat ad momentum cujuſvis aſpectus in Meridiano primario ſeu fixo conſummati.

Si igitur in aliquo horiſonte notæ longitudinis à Meridiano fixo obſervatum ſit Azymuth venti de novo mutati & ſpirantis;

Diſponetur Globus vel Aſtrolabium juxta altitudinem Poli horiſontis, in quo facta fuit obſervatio venti, & applicabitur locus Solis pro iſto tempore datus ad Azymuth venti obſervatum. Sic facilè patebit, quinam Planetæ applicabuntur præter propter ad Meridianum primarium ſeu fixum, eodem momento, quo Sol occupabit in Globo vel Aſtrolabio Azymuth venti obſervatum; & ſic Azymuth venti plerumque non parum juvabit ad diſcernendum aſpectum Planetarum, qui effectum Meteorologicum obſervatum produxerunt.

Nomina ventorum à nautis ſuper Oceanum navigantibus uſurpata : inter quos ventos ſexdecim principales etiam latinitate donantur.

NORD, Septentrio Boreas.

Nord quarta nordeſt,

Nordnordeſt, Aquilo.
Nordeſt quarta nord.
NORDEST, Borrapeliotes.
Nordeſt quarta eſt.
Eſt nordeſt, Cæcias qui & Heleſpontus.
Eſt quarta nordeſt.
EST, Oriens ſubſolanus Eurus.
Eſt quarta ſudeſt.
Eſt ſudeſt, Eurus ſeu Vulturnus.
Sudeſt quarta eſt.
SUDEST, Notapeliotes, ſeu Auſter Eurus.
Sudeſt quarta ſud.
Sud ſudeſt, Phænicias Euronotus Euroauſter.
Sud quarta ſudeſt.
SUD, Meridies Auſter.
Sud quarta ſudoueſt.
Sud ſudoueſt, Libanotus ſeu Auſtro Africus.
Sudoueſt quarta ſud.
SUDOUEST, Notolibycus ſeu Africus.
Sudoueſt quarta oueſt.
Oueſt ſudoueſt, Africus.
Oueſt quarta ſudoueſt.
OUEST, Favonius.
Oueſt quarta nordoueſt.
Oueſt nordoueſt, Corus vel Caurus Iapix.
Nordoueſt quarta oueſt.
NORDOUEST, Borrolibycus.

Nordoueſt quarta nord.
Nord nordoueſt, Circius ſeu Thraſcias.
Nord quarta nordoueſt.

Qualitates ſeptem ſubſequentium Planetarum.

Saturnus continet quatuor gradus frigoris; Mercurius continet duos gradus frigoris; Venus continet unum gradum frigoris; Luna eſt temperata.

Sol continet unum gradum caloris; Jupiter continet duos gradus caloris; Mars continet quatuor gradus caloris.

Quoniam qualitas Saturni diſtat versùs frigus quatuor gradibus à temperaturâ Lunæ.

Et qualitas Martis diſtat versùs calorem quatuor gradibus à temperaturâ Lunæ.

Ergo Saturnus eſt octo gradibus magis frigidus, quàm Mars; & vice versâ, Mars eſt octo gradibus magis calidus, quàm Saturnus.

Unde Saturnus multùm condenſat, Mars verò multùm rarefacit; & ſic de cæteris Planetis, pro ratione ſuarum qualitatum ſuprà expoſitarum.

Quoties igitur Saturnus & Mars erunt invicem in aſpectu, & ad ipſius aſpectus momentum Saturnus occupabit Meridianum primarium ſeu fixum; Mars verò extra ipſum Meridianum fixum conſtitutus erit, quia tunc Mars ita diſpoſitus

afficit & regit inferiorem aëris regionem ; ideò aperit & dilatat poros terræ ; unde ſic fit maxima evaporatio. Et quia tunc etiam Saturnus afficit & regit ſuperiorem aëris regionem, ad quam vapores impulſi ſunt & confluxerunt, ideò ibi valdè condenſat : unde fit, ut ſic cauſetur & proveniat maxima pluvia ; & ſimul obſervabitur, ventum ſpirare circiter ex Rhumbo ſeu Azymutho, quod in horiſonte obſervationis Sol occupabit ad aſpectus momentum, quoniam, ut ſuprà dictum eſt, Sol ſolus eſt cauſa, cur ventus à tali Azymutho ſpirat.

Vice verſâ, quoties Saturnus & Mars erunt invicem in aſpectu, & ad ipſius aſpectus momentum Mars occupabit Meridianum primarium ſeu fixum ; Saturnus verò extra ipſum Meridianum fixum conſtitutus erit, quia tunc Saturnus ità diſpoſitus afficit & regit inferiorem aëris regionem ; ideò comprimit & conſtringit terræ poros, unde nulla, vel ad ſummum minima fit evaporatio. Et quia tunc Mars afficit & regit ſuperiorem aëris regionem, ideò ratione ſuorum graduum caloris, vapores ad ipſam regionem impulſos & delatos valde dilatat & rarefacit ; ut ſic inde cauſetur & obſervetur maximum ſudum, ſive maxima aëris ſerenitas ; & ſimul obſervabitur, ventum ſpirare circiter ex Rhumbo ſeu Azy-

mutho, quod in horiſonte obſervationis Sol occupabit ad momentum aſpectus.

Et ſic de quibuſlibet Planetis eſt intelligendum, prout variè invicem componentur ſeu combinabuntur.

Qualitates in aëre ab Aſtris impreſſæ ejuſdem ſpeciei dividuntur, in quolibet horiſonte, in octo gradus.

Frigus ab eodem Planetarum aſpectu cauſatum eſt magis intenſum in Zonis frigidis, quàm in temperatis.

Vice versâ, calor ab eodem Planetarum aſpectu cauſatus, eſt magis intenſus in Zonis temperatis, quàm in frigidis.

Per totam fere Europam, eadem anni tempeſtate, & in eodem horiſonte ventus Eſtnordeſt, obſervatur duobus gradibus minùs calidus, quàm ventus Oueſt Sudoueſt, & duobus gradibus magis ſiccus, quàm Oueſt Sudoueſt.

In Normaniâ, Galliæ Provincia, patriâ noſtrâ, ventus Eſtnordeſt à Planetis frigidis cauſatus excitat hyeme frigus aſperum; contrà verò ventus Oueſt Sudoueſt à Planetis calidis cauſatus, excitat æſtate calorem intenſum.

Saturnus & Mercurius invicem configurati plures frigoris gradus inter ſe componunt, quàm quilibet alij Planetæ invicem configurati, nempe

ſex; idcircò ſimili vento, & ſimili anni tempeſtate, ubique terrarum majus frigus pariunt in eodem horiſonte, quàm quilibet alij Planetæ invicem configurati, exempli gratiâ, quàm Saturnus & Venus invicem configurati.

Mars & Jupiter invicem configurati plures gradus caloris inter ſe componunt, quàm quilibet alij Planetæ invicem configurati, nempe ſex; idcircò ubique terrarum, ſimili vento, & ſimili anni tempeſtate, majorem calorem in eodem horiſonte pariunt, quàm quilibet alij Planetæ invicem configurati, exempli gratiâ, quàm Mars & Sol invicem configurati.

Quod ſimiliter eſt intelligendum de quibuſlibet alijs Planetis invicem configuratis, pro ratione qualitatum Planetarum invicem configuratorum.

Sed ut faciliùs comprehendantur, & evidentiùs pateant, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſequitur enumeratio & explicatio ſingularum in aëre impreſſionum, à quibuſlibet Planetis invicem configuratis productarum, quales in Normaniâ, & in pluribus regionibus ipſi Provinciæ circumvicinis obſervari ſolent.

Sed priùs ad evitandam quorumdam verborum tædioſam repetitionem, conſiderandum, quòd in ſingulis ſubſequentibus Planetarum, invicem in aſpectu

aſpectu conſtitutorum binarijs, ille Planeta, qui primus exprimitur, cenſetur eſſe ſemper ad aſpectus momentum extra Meridianum primarium ſeu fixum; alter verò Planeta in ipſo Meridiano primario ſeu fixo.

Exempli gratiâ ubi dicitur Saturnus & Mercurius, intelligendum eſt, Saturnum eſſe extra Meridianum primarium ſeu fixum, & Mercurium eſſe in ipſo Meridiano primario ſeu fixo; & ubi dicitur Mercurius & Saturnus, intelligendum eſt, Mercurium eſſe extra Meridianum primarium ſeu fixum, & Saturnum eſſe in ipſo Meridiano primario ſeu fixo, & ſic de cæteris.

Obſervatur Cadomi, in Normaniâ, ſub elevatione Poli Borealis quadraginta novem circiter graduum.

Quando Sol percurrit Signa Sagittarij Capricorni, Aquarij, & Piſcium; ſed præſertim finem Capricorni, & initium Aquarij; & ſimul ventus ſpirat ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis occidentalibus; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo Oueſt Sudoueſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,

Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in craſſitudine, ſeu mediocriter craſſam.
Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,
Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,
Luna & Jupiter,
excitant ſeu producunt pluviam tenuem.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant & producunt pluviam tenuiſſimam;

Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in tertio gradu.
Saturnus & Luna,
Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant & producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quarto gradu.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quinto gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenuiſſimas abſque pluviâ.

Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſexto gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſecundo gradu.
Mars & Saturnus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in octavo gradu, ideſt, maximam omnium pluviarum, quæ in Cadomenſi horiſonte dari & obſervari poſſunt.

Quando Sol percurrit Signa Sagittarij, Capricorni, Aquarij & Piſcium; ſed præſertim finem Capricorni, & initium Aquarij; & ſimul ventus ſpirat, ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis orientalibus; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo Eſt-Nordeſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,
Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt pluviam tenuiſſimam.

Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,
Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,
excitant ſeu producunt pluviam tenuem.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,
Luna & Jupiter,
excitant ſeu producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in craſſitudine, ſive mediocriter craſſam.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,

excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Saturnus & Luna,
Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenuiſſimas abſque pluviâ.
Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum ſive aëris ſerenitatem in primo gradu.
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in tertio gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſecundo gradu.
Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt magnam pluviam in

quarto gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in quarto gradu.
Mars & Saturnus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſexto gradu.

Quando Sol percurrit Signa Arietis & Tauri, Libræ, & Scorpionis; ſed præſertim finem Arietis, & initium Tauri, finem Libræ, & initium Scorpionis; & ſimul ventus ſpirat ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis occidentalibus; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo, Oueſt Sudoueſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,
Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt pluviam tenuem.
Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,

Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in craſſitudine, ſeu mediocriter craſſam.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,
Luna & Jupiter,
excitant & producunt pluviam tenuiſſimam.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant ſeu producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Luna,

Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in tertio gradu.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenuiſſimas;
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quarto gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in primo gradu.
Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quinto gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in tertio gradu.

Mars & Saturnus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſeptimo gradu.

Quando Sol percurrit Signa Arietis & Tauri, Libræ, & Scorpionis; præſertim finem Arietis, & initium Tauri, finem Libræ, & initium Scorpionis; & ſimul ventus ſpirat ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis orientalibus; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo, Eſt Nordeſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,
Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,
Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,

excitant ſeu producunt pluviam tenuiſſimam.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,
Luna & Jupiter,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant & producunt pluviam tenuem.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant & producunt nubes tenuiſſimas abſque pluviâ.
Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in craſſitudine, ſeu mediocriter craſſam.
Saturnus & Luna,
Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant & producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in primo gradu.

Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſecundo gradu.
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in tertio gradu.
Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in tertio gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in quinto gradu.
Mars & Saturnus,
excitant & producunt pluviam magnam in quinto gradu.

Quando Sol percurrit Signa Geminorum, Cancri, Leonis & Virginis; ſed præſertim finem Cancri, & initium Leonis; & ſimul ventus ſpirat ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis occidentalibus; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo Oueſt Sudoueſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,
Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt pluviam tenuiſſimam.
Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,
Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,
excitant ſeu producunt pluviam tenuem.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,
Luna & Jupiter,

excitant ſeu producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in craſſitudine, ſive mediocriter craſſam.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Saturnus & Luna,
Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenuiſſimas abſque pluviâ.
Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,

excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in primo gradu.
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in tertio gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſecundo gradu.
Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quarto gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in quarto gradu.
Mars & Saturnus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſexto gradu.

Quando Sol percurrit Signa Geminorum, Cancri, Leonis & Virginis ; ſed præſertim finem Cancri, & initium Leonis ; & ſimul ventus ſpirat ex Rhumbis ſive Azymuthis horiſontis orientalibus ; præſertim ex Azymutho ſeu Rhumbo Eſt Nordeſt.

Saturnus & Mercurius,
Mercurius & Venus,
Venus & Luna,
Luna & Sol,
Sol & Jupiter,
Jupiter & Mars,
excitant ſeu producunt nubes tenues abſque pluviâ.
Mercurius & Saturnus,
Venus & Mercurius,
Luna & Venus,
Sol & Luna,
Jupiter & Sol,
Mars & Jupiter,
excitant & producunt nubes denſas abſque pluviâ.
Mercurius & Luna,
Venus & Sol,

Luna

Luna & Jupiter,
excitant ſeu producunt nubes tenuiſſimas abſque pluviâ.
Luna & Mercurius,
Sol & Venus,
Jupiter & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam tenuiſſimam.
Saturnus & Venus,
Mercurius & Sol,
Venus & Jupiter,
Sol & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in primo gradu.
Venus & Saturnus,
Sol & Mercurius,
Jupiter & Venus,
Mars & Sol,
excitant ſeu producunt pluviam tenuem.
Saturnus & Luna,
Mercurius & Jupiter,
Luna & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſecundo gradu.
Luna & Saturnus,
Jupiter & Mercurius,
Mars & Luna,
excitant ſeu producunt pluviam mediocrem in

craſſitudine, ſeu mediocriter craſſam.
Saturnus & Sol,
Venus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in tertio gradu.
Sol & Saturnus,
Mars & Venus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in primo gradu.
Saturnus & Jupiter,
Mercurius & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in quarto gradu.
Jupiter & Saturnus,
Mars & Mercurius,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in ſecundo gradu.
Saturnus & Mars,
excitant ſeu producunt ſudum, ſive aëris ſerenitatem in ſexto gradu; & eſt ſerenitas omnium maxima, quæ in horiſonte Cadomenſi obſervari queunt.
Mars & Saturnus,
excitant ſeu producunt pluviam magnam in quarto gradu.

Sequuntur gradus vel frigoris, vel caloris, quos componunt Planetæ invicem configurati.

Qui gradus in eodem horiſonte, vel intenduntur, vel remittuntur juxta anni tempeſtatem, in quam incidunt.

Saturnus & Mercurius, ſex gradus frigoris.
Saturnus & Venus, quinque gradus frigoris.
Saturnus & Luna, quatuor gradus frigoris.
Saturnus & Sol, tres gradus frigoris.
Saturnus & Jupiter, duos gradus frigoris.
Mercurius & Venus, tres gradus frigoris.
Mercurius & Luna, duos gradus frigoris.
Mercurius & Sol, unum gradum frigoris.
Venus & Luna, unum gradum frigoris.
Mars & Jupiter, ſex gradus caloris.
Mars & Sol, quinque gradus caloris.
Mars & Luna, quatuor gradus caloris.
Mars & Venus, tres gradus caloris.
Mars & Mercurius, duos gradus caloris.
Jupiter & Sol, tres gradus caloris.
Jupiter & Luna, duos gradus caloris.
Jupiter & Venus, unum gradum caloris.
Sol & Luna, unum gradum caloris.
Saturnus & Mars,
Jupiter & Mercurius,
Sol & Venus,

Non immutant anni tempeſtatem, ideſt, nec augent, nec minuunt qualitates & diſpoſitiones aëris à ſolo Solis vel acceſſu, vel receſſu productas.

Characteres duodecim Signorum.

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Aries,	Taurus,	Gemini,	Cancer,	Leo,	Virgo,

♎	♏	♐	♑	♒	♓
Libra,	Scorpio,	Sagittarius,	Capricornus,	Aquarius,	Pifces.

Characteres feptem Planetarum.

♄ Saturnus.
♃ Jupiter.
♂ Mars.
☉ Sol.
♀ Venus.
☿ Mercurius.
☽ Luna.

Sequitur Tabula, in cujus contemplatione, instar speculi, cerni possunt singulæ aëris impressiones, à Planetis invicem configuratis productæ, quales suprà sunt expositæ; ex quâ Tabulâ Astrophilus non parum subsidij colliget circa Meteorologiæ praxim & usum, uno & simplici intuitu.

F.	F	F.	F	F.	●	●	C	C.	C	C.	C
♄	☿	☿	♀	♀	☽	☽	◌	◌	♃	♃	♂
4.	2	2.	1	1.			.1	1.	2	2.	4

F.	●	F.	C	●	C
☿	☽	♀	◌	☽	♃
2.		1.	1		. 2

F.	F	F.	C	F.	C	C.	C
♄	♀	☿	◌	♀	♃	◌	♂
4.	1	2.	1	1.	2	1.	4

F.	●	F.	C	o.	C
♄	☽	☿	♃	☽	♂
4.		2.	2		. 4

F.	C	F.	C
♄	◌	♀	♂
4.	1	1.	4

F.	C	F.	C
♄	♃	☿	♂
4.	2	2.	4

F.	C
♄	♂
4.	4

♑ ♒ ♐ ♓	♈ ♉ ♎ ♏	♋ ♌ ♊ ♍
plu. med. plu. tenuiſſ. plu. mag. plu. tenu.	plu. tenu. nub. denſ. plu. med. plu. tenuiſſ.	plu. tenuiſſ. nub. tenu. plu. tenu. nub. denſ.
plu. tenu. nub. denſ. . plu. med.	plu. tenuiſſ. nub. tenu. plu. mag. plu. tenu.	nub.denſ. nub. tenuiſſ. plu. med. plu. tenuiſſ.
plu. tenuiſſ. nub.tenu. . plu. mag.	nub. denſ. nub.tenuiſſ. . plu. med.	nub. tenu. ſudum. plu. mag. plu. tenu.
nub.denſ. nub.tenuiſſ.	nub. tenu. ſudum . plu. mag.	nub. tenuiſſ. . plu. med.
nub. tenu. ſudum	nub. tenuiſſ.	ſudum. . plu. mag.
nub. tenuiſſ.	ſudum.	
ſudum.		
plu. max.		. ſudum max.

Notandum, quòd cuncti Planetarum binarij, in hac Tabulâ intra eandem cellam comprehensi & inclusi, producunt simili anni tempestate, & simili venti Azymutho, in eodem horisonte similem & æqualem gradum vel humidi, vel siccitatis; sed diversum seu inæqualem gradum quoad aëris temperiem, idest, quoad frigus & calorem.

Considerandum etiam, quòd media pars aëris impressionum in Tabulâ expressarum, illa nempe media pars, quæ est à sinistris in eadem columnâ, causatur à vento Ouest Sudouest, omnium ventorum in Normaniâ humidissimo; altera verò dictarum aëris impressionum media pars, illa nempe, quæ est à dextris in eadem columnâ, causatur à vento seu Rhumbo Est Nordest, omnium ventorum in eadem provinciâ siccissimo.

Exempli gratiâ. Quando Sol occupabit vel finem Capricorni, vel initium Aquarij, si Saturnus extra Meridianum primarium seu fixum constitutus, habeat aspectum ad Mercurium in Meridiano primario seu fixo constitutum, & simul ex positu Solis, ad aspectus momentum, in observationis horisonte oriatur ventus Ouest Sudouest, tunc observabitur pluvia mediocris in crassitudine, seu mediocriter crassa, cum frigore intenso

in sexto

in ſexto gradu, qui tamen gradus, ut ſuprà dictum fuit, poſſunt eſſe magis intenſi in uno horiſonte, quàm in alio; & in Zonis frigidis, quàm in temperatis. Si verò ex poſitu Solis ad ipſum horiſontem excitetur ventus Eſt Nordeſt, obſervabitur pluvia tantùm tenuiſſima, cum frigore octo gradibus intenſo, ideſt, cum frigore quoad iſtum horiſontem maximo.

Vice verſâ, ſi Mercurius ad aſpectus momentum reperiatur extra Meridianum primarium ſeu fixum, & Saturnus in ipſo Meridiano fixo; tunc ex vento Oueſt Sudoueſt obſervabitur pluvia magna in primo gradu, cum frigore ſex gradibus intenſo; at ex vento Eſt Nordeſt pluvia tantùm tenuis cum frigore octo gradibus intenſo.

Quando Sol occupabit vel finem Cancri, vel initium Leonis, ſi Jupiter extra Meridianum primarium ſeu fixum conſtitutus habeat aſpectum ad Martem, in Meridiano primario ſeu fixo conſtitutum; & ſimul ex poſitu Solis ad aſpectus momentum, in obſervationis horiſonte oriatur ventus Oueſt Sudoueſt, tunc obſervabitur pluvia tenuiſſima cum calore octo gradibus intenſo. Si verò ex poſitu Solis ad ipſum horiſontem excitetur ventus Eſt Nordeſt, obſervabuntur tantùm nubes tenues abſque pluviâ, cum calore ſex gradibus intenſo.

Vice versâ, si Mars ad aſpectus momentum reperiatur extra Meridianum primarium ſeu fixum, & Jupiter in ipſo Meridiano fixo, tunc ex vento Oueſt Sudoueſt obſervabitur pluvia tenuis cum calore octo gradibus intenſo; at ex vento Eſt Nordeſt obſervabuntur tantùm nubes denſæ abſque pluviâ, cum calore ſex gradibus intenſo.

Mars & Jupiter hyeme invicem configurati frigoris remiſſionem, ſeu aëris teporem producunt; æſtate verò calorem intenſum.

Saturnus & Mercurius hyeme invicem configurati hyemale frigus adaugent; æſtate verò remiſſionem caloris producunt.

Et ſic de quibuſlibet Planetis invicem configuratis eſt intelligendum pro ratione graduum ſupradictorum, quos Planetæ inter ſe componunt.

Planetæ frigidi plerumque hyberno tempore pro pluviâ producunt nivem, vel etiam grandinulam.

Quidam verò Planetæ producunt cum pluviâ tonitrum & fulgura, præſertim æſtate.

Supra expoſitæ aëris impreſſiones variè modificantur, tam prout venti ſpirantes ſunt viciniores vel Rhumbo Oueſt Sudoueſt, vel Rhumbo Eſt Nordeſt, quàm prout locus Solis ſit remotior vel ab initio Leonis, vel ab initio Aquarij.

Nam ſimilis aſpectus Saturni & Mercurij ad invicem, frigus magis aſperum & gelidum in plagâ Mundi Boreali parit, Sole occupante vel finem Capricorni, vel initium Aquarij, quàm Sole occupante initium Capricorni.

Et ſimilis aſpectus Martis & Jovis ad invicem ingentiorem & vehementiorem in aëre calorem in eadem Mundi parte Boreali excitat, Sole occupante vel finem Cancri, vel initium Leonis, quàm Sole occupante initium Cancri.

Eſt autem hujuſce effectus par ratio ei, quæ datur, cur ſemihorâ poſt mediam noctem aër frigidior obſervatur, quàm in ipsâ mediâ nocte, & cur ſemihorâ poſt Meridiem aër magis calidus obſervatur, quàm in ipſo meridie, ob diuturniorem ſcilicet Solis vel præſentiam, vel abſentiam.

Impreſſiones autem aëris, quæ cauſantur à ventis collateralibus, alijſque anni tempeſtatibus, facilè deducuntur ex ſuperiori Tabulâ, prout ipſi collaterales venti ſunt proximiores vel vento ſeu Rhumbo Oueſt, Sudoueſt, vel Rhumbo ſeu Azymutho Eſt Nordeſt.

Exempli gratiâ. Quando Sol occupat vel finem Capricorni, vel initium Aquarij, ſi tunc Saturnus in Meridiano primario ſeu fixo conſtitutus habeat aſpectum ad Mercurium extra ipſum Meri-

dianum conſtitutum, & ſimul ex poſitu Solis, eodem aſpectus momento ad obſervationis horiſontem excitetur & oriatur ventus Nord Nordoueſt, tunc obſervabitur pluvia mediocris cum frigore ſeptem gradibus intenſo.

Et ſic de cæteris ventis collateralibus eſt intelligendum, prout magis vel minùs diſtant à vento vel Oueſt Sudoueſt, vel Eſt Nordeſt; & id etiam pro diversâ anni tempeſtate.

Quamvis autem ſupradictæ aëris impreſſiones fuerint ſolùm in Normaniâ, Galliæ Provinciâ, & in ſolo noſtro Cadomenſi horiſonte, ſub elevatione Poli quadraginta circiter novem graduum obſervatæ; tamen in quovis alio horiſonte facilè ex quatuor aut quinque obſervatis in ipſo horiſonte Meteorologicis affectibus, judicabitur à ſolerti Aſtrologo de quibuſlibet aëris impreſſionibus in ipſo horiſonte, à quovis Planetarum aſpectu ad invicem expectandis.

Nam attendo ad Planetas, qui tales obſervatas aëris impreſſiones produxerunt facilè ex ipſarum impreſſionum comparatione, cum ijs aëris impreſſionibus, quæ ſuprà ſimili anni tempeſtate, pro ijſdem Planetis invicem in aſpectu poſitis ſunt expreſſæ, judicabitur de quorumvis aliorũ Planetarũ in quavis anni tempeſtate impreſſionibus, in ipſo horiſonte contingentibus, ut facilè concipere eſt.

Quoniam in Mundi plagâ Auſtrali Signum Leonis repreſentat, ſeu vicem gerit Signi Aquarij in Mundi plagâ Boreali, idcircò pro Mundi plagâ Auſtrali ordo impreſſionum ſuprà expoſitarum invertendus erit; ita ut impreſſiones Meteorologicæ ſub Signis Geminorum, Cancri, Leonis & Virginis expreſſæ referantur ad Signa Sagittarij, Capricorni, Aquarij, & Piſcium, & ſic de cæteris eſt intelligendum.

Unde patet, quàm ſit facile in quovis Orbis terrarum horiſonte impreſſiones aëris in ipſo horiſonte expectandas certò detegere.

Quibus autem experientijs conquiſitæ & deductæ ſint ſingulæ aſſertiones ſuprà expoſitæ, ſupervacaneum eſſet dicere, quoniam ſolers Aſtrologus facilè, & brevi ſuâ experientiâ de ipſarum aſſertionum certitudine & evidentiâ edoctus eſſe poterit.

Sed in tyronum gratiam dicam, me per plures annos contemplatum fuiſſe ſedulò ſingulos aſpectus, ab omnibus Aſtrologis approbatos, præſertim ſextiles, quadratos, & trinos, quos Luna ad cæteros Planetas habuit; ipſorumque aſpectuum horas, horarumque minuta ex Tabulis Rudolphinis eduxiſſe.

Vidi, quòd plures ex ipſis aſpectibus nullos affectus Meteorologicos ſenſibiles, ut ſunt fri-

gus, calor, nubes, pluvia, ſudum, &c. producebant.

Vidi, quòd plures etiam ex ipſis aſpectibus excitabant ſenſibiles effectus Meteorologicos, quales ſuprà expreſſos.

Inquirendo & conſiderando cauſam tantæ diverſitatis, animadverti præſertim circa conjunctiones & oppoſitiones Solis & Lunæ ad invicem, quòd quoties tales aſpectus Lunæ ad Planetas, exempli gratiâ, Lunæ ad Martem, producebant aliquem ſenſibilem effectum Meteorologicum, toties vel Mars, vel Luna ad aſpectus momentum reperiebatur ſive ſupra, ſive infra terram, in Meridiano diſtante duabus horis, & minutis circiter quinquaginta duobus, ſeu circiter quadraginta tribus Æquatoris gradibus versùs occaſum à Meridiano Uraniburgico.

Ideò conjeci, talem Meridianum eſſe abſolutè neceſſarium ad determinandos ad efficientiam quoſlibet Planetarum aſpectus ad invicem, quoniam ipſi etiam aſpectus ab omnibus Aſtrologis recepti & approbati nullo modo obſervantur efficaces ad tales effectus producendos, niſi conſumantur in ipſo ſupradicto Meridiano.

Cogitanti mihi, quare ille Meridianus privativè à cæteris Meridianis talem & tantam facultatem haberet, nulla alia cauſa occurrit, nec aliam

comprehendere, nec imaginari potui, quàm duo ſupradicta & explicata terræ centra.

Sive autem hoc, ſive quidpiam aliud ſit vera cauſa iſtius tantæ facultatis & virtutis, conſtat tamen certò innumerabilibus experientijs de tali facultate & potentiâ iſtius ſupradicti Meridiani privativè à cæteris.

Vidi, quòd ſemper aſpectus Lunæ ad Martem producebant magnam aëris temperiem.

Vidi, quòd quoties aſpectus Lunæ ad Martem producebant aëris temperiem cum pluviâ, toties Luna ad aſpectus momentum reperiebatur in Meridiano fixo, Mars verò extrà.

Vidi, quòd quoties aſpectus Lunæ ad Martem producebant aëris temperiem cum aëre ſudo, toties Mars ad aſpectus momentum reperiebatur in Meridiano fixo, Luna verò extra ipſum Meridianum.

Obſervavi, quòd ſæpiſſimè dabantur etiam tales & ſimiles quales ſupradictæ aëris conſtitutiones, & tamen tunc Luna nullos aſpectus ab omnibus Aſtrologis approbatos ad Martem habebat.

Verùm quoniam aſpectus eſt potentiſſimus Planetarum agendi modus, & ut jam ſuprà dictum fuit, ipſi etiam aſpectus ab omnibus Aſtrologis recepti & approbati nullum ſenſibilem effectum Meteorologicum producunt, niſi ſaltem unus ex

Planetis talem aſpectum invicem componentibus reperiatur ad ipſius aſpectus momentum in ſupradicto Meridiano fixo.

Ideò, quoniam dabantur effectus, facilè conjeci, quòd forſan darentur etiam adhuc alij aſpectus efficaces, anteceſſoribus Aſtrologis incogniti.

Quare, quoties in his caſibus & Meteorologicis effectibus dabatur ſimilis, ut ſuprà, aëris temperies cum pluviâ; conſiderabam, quantùm ab invicem diſtarent in eodem maximo circulo Mars & Luna ad momentum, qua ipſa Luna tranſibat per Meridianum fixum, & in abaco talem ipſorum Planetarum ab invicem diſtantiam notabam.

Conſiderando in his caſibus & occurrentijs attentè ſingulas Martis & Lunæ ab invicem diſtantias, vidi, quòd plures, puta quinque, vel etiam ſex, ex ipſis annotatis in abaco diſtantiis inter ſe convenirent, & æquales eſſent; unde conjeci, quòd tales diſtantiæ ſic ſæpè in tranſitu Lunæ per Meridianum fixum repetitæ, eſſent certo ex numero aſpectuum in naturâ efficacium.

Similis proceſſus fuit, quoties ex effectus naturâ & qualitate apparebat & judicabatur, Martem fuiſſe in Meridiano fixo ad aſpectus momentum.

Et hoc

Et hoc artificio, cum longo & pertinaci labore, perveni in notitiam omnium aſpectuum, in naturâ ad effectus producendos capacium & idoneorum.

Vidi, quòd ſinguli Planetæ bis quotidie tranſibant per Meridianum fixum, & tamen nullos effectus Meteorologicos ſenſibiles producebant, niſi eſſent eodem momento in aſpectu.

Et ſic evidenter patuit, Planetas nullâ aliâ viâ, quàm per aſpectus in Meridiano fixo conſummatos, effectus Meteorologicos ſupradictos producere poſſe.

Quamvis autem dentur ſingulis diebus plures aſpectus, præſertim Lunæ ad cæteros Planetas, non fuit tamen difficile diſcernere Planetarum ad invicem aſpectum, qui ſenſibilem effectum Meteorologicum produxit.

Nam, ut ſuprà dictum eſt, contemplatus ſum per plures annos ſedulò, cunctos aſpectus ſextiles, quadratos, & trinos Planetarum ad invicem ſingulis annis incidentes, & ſimul etiam notabiles aëris impreſſiones ſingulis diebus eorumdem annorum datas.

Ad uniuſcujuſque aſpectus momentum conſideravi ſitum in Mundo illorum Planetarum, qui ipſum aſpectum invicem compoſuerunt.

Deprehendi dari plures eorumdem Planetarum

aſpectus ; in quibus ſingulis aſpectibus ſemper unus ex Planetis datum aſpectum componentibus reperiebatur in Meridiano, diſtante à Meridiano Uraniburgico, versùs occaſum, quadraginta circiter tribus Æquatoris gradibus.

Vidi, quòd quando tales incidebant aſpectus, ſemper etiam dabatur ad ſingulorum iſtorum aſpectuum incidentium ſimilis aëris temperies.

Quod ſatis arguebat & inſinuabat, tales aſpectus fuiſſe cauſas iſtarum ſimilium aëris impreſſionum.

Quamvis autem Planetarum Tabulæ non ſint accuratè reſtitutæ, tamen Tabulæ Rudolphinæ non ſunt ita erroneæ & depravatæ, ut per ipſas non poſſit certò & evidenter intra, ad ſummum, duodecim horas, diſcernere & determinare veram & exactam in Cœlo diſtantiam, & conſequenter aſpectum vel inter Solem & Saturnum, vel inter Solem & Jovem, vel denique inter Solem & Martem ; quod temporis ſpatium multò pluſquam ſufficit ad aſpectus ſine ambiguitate diſcernendos.

Immò ope aſpectuum Lunæ, præſertim ad Solem & Martem, circa ipſius Lunæ ad Solem conjunctiones & oppoſitiones conſummatorum, non fuit difficile detegere ſine ambiguitate, aſpectus ſeu diſtantias Planetarum ab invicem efficaces.

Si quis enim tunc temporis esset Tabularum error, quia parvus, ideò Luna ob suum celerrimum motum talem errorem intra minimum temporis spatium attingere & terminare potuit. Datis autem pluribus similibus distantijs, ut suprà explicatum est, efficacibus, conclusum est, expressum in distantijs sigillatim sumptis graduum numerum, aspectum componere, ut rem consideranti facile intelligere est.

Sequuntur quædam circunstantiæ, quarum ope in quovis terrarum horisonte poterit evidenter & omni dubio procul discerni Planetarum ad invicem aspectus, qui observatum effectum Meteorologicum verè produxit.

Non solùm quia effectus semper erit
Vel calidus humidus.
Vel calidus siccus.
Vel frigidus humidus.
Vel frigidus siccus.
Vel temperatus humidus.
Vel temperatus siccus.
Vel nivosus.
Vel grandinosus.
Vel tonitruosus.
Vel ventosus.
Vel quietus.
Vel nubilosus.

Vel ſerenus.
Sed etiam
Vel ex gradibus caloris.
Vel ex gradibus frigoris.
Vel ex gradibus humidi.
Vel ex gradibus ſiccitatis.
Vel ex gradibus ſeu nubium varietatibus.
Vel ex gradibus ſerenitatis.
Vel ex Azymutho venti.
Vel ex anni tempeſtate.
Vel denique ex aſpectus horâ.

Quamvis enim pluribus ſigillatim aſpectibus convenire videantur aliquando plures ex ſupradictis circunſtantijs, tamen ſemper dabitur ſaltem aliqua, per quam ſingulariter & à cæteris privativè diſcernetur certò, quis aſpectus verè produxit effectum.

Luna & Sol invicem configurati ſimilem ſeu talem humidi gradum producunt, qualem circa idem tempus Jupiter & Mars invicem configurati, ſed valde diſſimilem & inæqualem caloris gradum.

Jupiter & Sol invicem configurati producunt ſimilem ſeu talem caloris gradum, qualem Mars & Venus circa idem tempus configurati, ſed valde diſſimilem & inæqualem vel humidi, vel ſiccitatis gradum; & ſic de cæteris.

Sive autem ventus ſpiret perpetuò ex Azymuthis horiſontis orientalibus, ut ſub Zonâ torridâ, in alto præſertim pelago, ſive ſpiret per aliquot menſes continuos ex Azymuthis horiſontis orientalibus, & per aliquot menſes ejuſdem anni continuos ex Azymuthis ejuſdem horiſontis occidentalibus, ut inter Cambaiam, & Comorin promontorium; ſive quovis alio modo ventus in quolibet horiſonte ſpirare obſervetur, ſive dentur tranquillitates aëris perſeverantes per aliquot dies continuos.

Sive intra, ad ſummum, quatuor dies, ante ſenſibilem effectus Meteorologici notationem, proximè & ultimò elapſos, dentur plures Planetarum aſpectus; ex quorum aſpectuum horis ſigillatim ſumptis & conſideratis, conjiciendum ſit, quemlibet ex ipſis aſpectibus potuiſſe forſam conſumi in Meridiano primario ſeu fixo.

Ex omnibus tamen ſupradictis facilè ſemper diſcernetur certò Planetarum ad invicem aſpectus, qui verè effectum obſervatum produxit.

Diverſus Solis poſitus in eodem horiſonte ad aſpectus momenum diverſos in ipſo horiſonte parit effectus.

In noſtro Cadomenſi horiſonte, hyberno tempore, aſpectus Solis extra Meridianum primarium ſeu fixum conſtituti ad Martem, ipſum

Meridianum primarium ſeu fixum occupantem; ex ipſius Solis poſitu ad aſpectus momentum, in plagâ horiſontis occidentali, producit humidum ſeu pluviam tenuiſſimam; at ex ipſius Solis poſitu, in plagâ horiſontis orientali producit tantùm nubes tenues abſque humido, ſeu pluviâ.

Sic ſimiliter aſpectus quorumdam Planetarum in aliquo horiſonte producere poteſt quibuſdam vicibus ventum, quibuſdam verò vicibus tranquillitatem; & id pro diverſo tantùm poſitu Solis ad ipſum horiſontem.

Unde aliquando accidit, ut per plures aſpectus ſeſe immediatè ſubſequentes, & in Meridiano primario ſeu fixo conſummatos, poſſint produci & cauſari in eodem horiſonte diuturnæ aëris tranquillitates.

De fixarum Stellarum proprietatibus, de Jovis, cæterorumque Planetarum ſatellitibus, de Solis & Lunæ maculis, eorumque omnium in Aſtrologiâ uſu, hîc dicere ſupervacaneum duximus; cùm nullam magni momenti in praxi Meteorologicâ ad uſus in ſequentibus tractatibus dicendos neceſſaria varietatem & immutationem producere poſſint.

Quare in alio majori opere, quod meditamur; hanc materiam tractare & explicare diſtulimus.

Quamvis autem ex omnibus in hoc tractatu

expoſitis poſſit ſemper certò & facilè detegi & diſcerni Planetarum aſpectus, qui verè quemlibet obſervatum effectum Meteorologicum produxit, tamen non patet via facilis in quibuſdam eventibus & caſibus prædicendi indubiè effectus Meteorologicos inde futuros; quoniam motuum cæleſtium Tabulæ nondum ſunt ſufficienter ad id accuratè reſtitutæ.

Sed ſolers & judicioſus Aſtrologus plerumque plures effectus nunc impoſterum certò prævidere & prædicere poterit, ut rem conſideranti facile intelligere eſt.

Uno verbo, ex omnibus in hoc Tractatu expoſitis, cujuſlibet impreſſionis Meteorologicæ cognitio judicioſum Aſtrologum nulla latebit.

Advertant Ephemeridum Computiſtæ, an ſit impoſterum neceſſe, ad faciliorem & promptiorem ſuarum Ephemeridum praxim & uſum, non ſolùm pro tyronibus, ſed etiam pro exercitatiſſimis, Planetarum ad invicem aſpectuum horas ſupputare, adhibitis ad calculum Longitudine & Latitudine ipſorum Planetarum, invicem in aſpectu conſtitutorum; præſertim horas illorum aſpectuum, qui judicabuntur poſſe forſan conſumi in Meridiano primario ſeu fixo, ut à nobis factum eſt in exempl. pag. 21. & 23.

Poſt expoſitam accuratam Meteorologiam reſtat

explicandum, quâ viâ influunt ſidera in hominum natalitia. Etſi enim vel minima hominis accidentia non ſit facile prævidere & cognoſcere, ea tamen, quæ ſunt majoris momenti, & illuſtriora, ab Aſtris prævidere & cognoſcere datur.

Ut ſunt temperamentum, inclinationes, ægritudines, ipſa denique mors, & plura alia, de quibus homines ſolliciti videntur utpote notatu maximè ſenſibilia, & ad quæ præſcienda curioſiùs animos applicare ſolent.

Hìc non loquor de ijs, quæ à merâ arbitrij libertate pendent; anima enim eſt à Deo infuſa, & non confuſa.

Siderum autem influxus diſponere poſſunt homines ad eſſe
Vel prodigos, vel parcos.
Vel prudentes, vel temerarios.
Vel ſapientes, vel ſtultos.
Vel apertos, vel inſidioſos.
Vel leves, vel aſperos.
Vel ſynceros, vel fucatos.
Vel ingenioſos, vel idiotas.
Vel memores, vel oblivioſos.
Vel hilares, vel triſtes.
Vel continentes, vel voluptuarios.
Vel officioſos, vel inofficioſos.
Vel fortes, vel ignavos.

Vel

Vel liberales, vel avaros.
Vel manſuetos, vel atroces.
Vel clementes, vel crudeles.
Vel dociles, vel indociles.
Vel humanos, vel immanes & barbaros.
Vel politos, vel impolitos.
Vel audaces, vel timidos.
Vel acutos, vel hebetes.
Vel valentes, vel ægrotos, &c.

Dantur influentiæ, non ſolùm gradibus, ſed etiam ſpecie differentes.

Eadem influentia pro variâ & diversâ ſubjectorum diſpoſitione varios & diverſos ſortitur effectus.

Sunt quædam influentiæ, quæ ex paupertate elevant ad ſublimitatem.

Sunt quædam verò influentiæ hominibus, quos afficiunt, ita infelices & infauſtæ, ut eos continuis calamitatibus, adverſitatibus & infortunijs premant & deprimant.

Sed hanc ſubtiliſſimam Aſtrologiæ partem non ſolùm jucundiſſimam, ſed etiam cognitu maximè neceſſariam, ad tempus reſervavimus, ut etiam indubiam & ſcientificam dirigendi formam, ſeu determinandi, quâ hominis ætate quodlibet ipſius hominis accidens notabile apparebit, & eventurum eſt.

Singula, quæ in hoc Tractatu de Veris Astrologiæ principijs exposita sunt, stabilientur à nobis perfectè & absolutè in sequentibus hujus compendij Tractatibus, nempe

In Tractatu de veris omnium maris motuum causis.

In Tractatu, utrum terra moveatur, vel quiescat.

In Tractatu de Longitudinum terrestrium scientiâ, Tabulis Lunaribus ne quidem accuratè restitutis, ad praxim facillimam & certissimam redacta; uno modo per Meridianum primarium seu fixum; altero modo per duas Lunæ observationes in eodem horisonte factas, dantes duas ejusdem Meridiani à Meridiano Tabularum Lunarium Longitudinis differentias ab invicem differentes, ex summâ maximorum errorum, istis duabus Lunæ observationibus competentium & congruorum.

In Tractatu de usu Meridiani primarij seu fixi, pro pluribus accuratissimis Planetarum ab invicem distantijs, certò & facile obtinendis, & ad ipsorum Planetarum Tabulas brevi & exactè restituendas apprimè necessarijs.

Qui quatuor locupletissimi Tractatus sunt ad editionem & typographiam omnino parati, modò non desit nobis auxilium, à quibus venire potest.

Dantur vapores inter se crassitudine, seu potiùs subtilitate differentes.

Nam calor Martis, extra Meridianum primarium seu fixum constituti, quasdam exhalationes, & quosdam vapores, materiam tonitruum, fulgurum, & fulminum evolare cogit, quos vel alios ipsis similes frigus Saturni, extra Meridianum primarium seu fixum constituti, nec exhalare, nec evolare sinit.

Quamvis aspectus Saturni ad Martem minùs quàm aspectus Saturni ad Mercurium comprimat & constringat terræ poros, & ideò Saturnus majorem vaporum copiam cum Marte, quàm cum Mercurio evolare sinat;

Aspectus tamen Saturni ad Martem producit majus sudum, quàm aspectus Saturni ad Mercurium.

Quia Mars vapores à se & Saturno conjunctim excitatos multò magis rarefacit & agitat, quàm Mercurius vapores à se & Saturno conjunctim excitatos.


Quamvis aspectus Martis ad Saturnum minùs quàm aspectus Martis ad Mercurium dilatet & aperiat terræ poros; & ideò Mars minorem vaporum copiam cum Saturno, quàm cum Mercurio evolare sinat:

Aspectus tamen Martis ad Saturnum producit crassiorem & copiosiorem pluviam, quàm aspectus Martis ad Mercurium.

Quia Saturnus vapores à se & Marte simul excitatos multò magis condensat, quàm Mercurius vapores à se & Marte conjunctim excitatos.


Et sic de cæteris Planetis invicem configuratis, pro ratione suorum graduum, vel frigoris, vel caloris, est intelligendum.

FINIS.



77

00564486


CB